

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

totonderit. atq; horum mercedem acceperit vulnus ac alapas ita ut nunc etiam plagarum extent vestigia. Hic autem homo non caput: sed redditum possidet. De Ctesiphonte autem qui decretum scripsit. pauca dicam. multa transgrediar. ut videar si vos egregie malos homines (etiam si nullus dicat) cognoscere valeatis. Quod vero est coram amboꝝ. circueunt illi foras. veras de seipis opiniones habentes. nec verba mentitur. Ctesiphon non pro se timere dicit. sperare quippe se ideo tam quaedam videri. sed Demosthenes bene sperare dicit. Ctesiphontis improbitates lenociniaque formidare. Eos ergo qui sic aspici se condemnatis. vos communes iudices nunquam absoluatis. de maledictis autem qui aduersus me iactabant pauca volo predicere. Audio enim demosthenem dicturum multa ab eo comoda reip. suscepisse. multa vero incommoda a me. & philippum & alexandrum. & eorum causas in me esse relaturum. Sic. n. ut videtur in dicendo astutus est verborum artifex. ut non satis illi sit siquid ego apud vos in reip. gessi. aut si aliquid dixi. accusare. verum etiam quiete mea carpit. ac silentium meum accusat. ne quis sibi locus vacuus. calumnia relinquatur. Improbatur etiam meas exercitationes in gymnasiis cum iunioribus & in hac causa statim dicit (me non gratia reip. accusasse) sed ut pro eius inimicitiam me Alexandro ostenderem. atque a me confuturus est (ut audio) quod obrem summam reip. a se gestas in reip. nunc reprehendo. Singula autem dum agebant. non improbauimus neque accusauerim. sed illa transgressus. & paucis frequenter in reip. versatus. distulerim accusationem. Ego autem neque demosthenem. exercitationes emulor. neque meam me piget. neque verba que interdum apud vos feci infesta esse velim. neque si ita ut demosthenes. verba fecissem mihi viuendum existimarem. Taciturnitate autem mea demosthenem. mediocritas mea pepit. Parua mihi satis sunt. ac maiora turpiter querere non opto. Itaque & si leo & loquor arbitrio meo non coactus aliqua in re necessitate. Tu accepta pecunia silentium agis. composita vero exclamas. Verba autem facis non quoniam bene tibi videtur. neque arbitrio tuo. sed arbitrio illorum qui mercedem tibi dant. Non erubescis mentiri. neque redargutionem formidas. Accusationem vero istam quam non reip. gratia. sed ut alexandro me ostendam introduxisse dicis. ego viuente adhuc philippo eam suscepisti. antequam alexander in regno constitutus esset. non dum Pausania somnio a te viso. neque te ad Minervam & Iouem pro nocte locuto. Quomodo igitur ego causam hanc introduxissem. ut alexandro me ostenderem. nisi forte eadem somnia ego & demosthenes. vidissemus. Quod autem non continue. sed interdum ad remp. accesserim. causa est non obscura. In ciuitate enim. quam potentes aliqui occupant. non is qui vult. sed is qui potens est accusat. In libera autem ciuitate is qui vult. & quoniam sibi videtur. Quinetiam intermissio ad populum dicendi signum est viri. qui tempus & utilitatem reip. consideret & obseruet. Nullam autem diem intermittere. signum est hominis cuncta pro mercede loquentis atque agentis. Quod autem dicis te nunquam accusatum a me fuisse aut auditores obuios putas aut teipsum decipis. Nam sacrilegia quidem pro amphiaras populum non meminisse. sed tuas circa rem naualem rapinas. quod vnicuique tempus obscure valebit. quum tu lege lata de tercetis nauibus sperasti atheniensem populum vniuersae classis prefecturum. At ego ostendit te sexaginta quinque nauium velocium prefectos sustulisse. ac plus meminisse rem naualem. quam quum athenienses apud Maxum naualem prolixo lacu demonios & urbes vicerunt. Sic autem tibi pro alienas calumnias prouidisti. ut non audacia tua. sed illis qui contra obuiarent periculum immineret. Multum quidem alexandrum. multum vero philippum in calumniis ferens. & quosdam ciuitatis tempora impedire accusationem Anaxini qui merces olympiadum emebat. reperisti. ac cum dephesum. & tuis manibus ad tormentum positum morte ipse tua sententia condemnasti. apud quem nuper in horreo manseras. ac ex eadem mensa cibum potumque assumpseras. dexteramque illi inieceras. hospitem & amicum effeceras. eum postea occidisti de quibus rebus in conspectu populi a me conuictus. ac hospiticia vocatus. non factum negasti. sed respondisti te ciuitatis sales pluris fecisse. quam hospitium mensam. super quo responso ciues. pegrinique qui in concione aderant reclamauerunt. Taceo falsas epistolas. captos speculatores. tormenta falsis de causis inflata. quum me & quosdam alios nouas res in urbe moliri falso criminaberis. deinde a me quaesiturus est. ut audio. qualis foret medicus. qui egrotanti nihil consulat. mortuum autem eo. narret ad proximos quae si fecisset. sanitate recuperasset. At te autem non quaeris. qualis esset populi ductor. qui populo quidem adularetur. tempora autem in quibus seruari resp. valebat. quam obrem tunc ipse errare non prohibuerunt. neque accusauerunt. Respondebitur vero tandem quia post commissam pugnam occupati in legationibus pro reip. salute otium non habuimus ad te puniendum. Sed quum non sufficit tibi poenam non dedisse. verum insuper dona postules. ac in derisionem graecorum ciuitatem ponis. in hoc surrexi. ac nomen detuli. Audio insuper demosthenem (quod per deos gratia uate dicam) uocem meam sirenibus compare uelle. Etenim ut ab illis non mulcetur homines. sed per dunt. ex quo fit ut earum musica non adametur. Sic dicendi facultatem meam fuisse ad calamitatem. auditum dicit. At qui ego memini conuenire puto ut de me huiusmodi similitudine abutatur. quod sicui conueniret hic sermo certe non demostheni. Hoc. n. dicendum esset a viro forti ac rei militaris puto. qui multa pro reip. gessisset quae ipse dicere ac verbis ostendere nesciret. & ob hoc aduersarioꝝ naturam miraretur quod sibi conscius esset impotentem in dicendo suum. Accusator autem uideret ea facundia perditum. ut non solum res a se gestas ante oculos audientium poneret. uerum etiam ea quae nunquam gessisset. At quum vir totus ex verbis compositus atque bis uehemetibus & supflue laboratis simplicitatem simulet. quis ferre possit. cuius guttam si quis auferat instar fistulae nihil reliquum erit. Miror equidem o viri athenienses & audire cupio.